Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8328
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

me condempnare sed memor
illius iudicij quod pro me pertuli=
sti coram pilato libera me
ab illo uerbo aspero quod dictu=
rus es hijs qui a sinistris
erunt scilicet ite maledicti
in ignem eternum etc. Item non
intres in iudicium cum seruo tuo
quia non iustificabitur in con=
spectu tuo omnis viuens
et cetera huius. Et id est pater noster
oramus cum in dominica oracio=
ne dicimus libera nos a malo
scilicet eterne dampnacionis
Quandoque homo cogitans aut
eciam senciens eundem tria
multiplicibus temptacionum
periculis hosti in nostrorum
desideriis carnis et mundi et
sciens se non posse propria vir=
tute vincere aut euadere
et in super timens se deum per
peccata sua offendisse et per=
hoc meruisse ut in pena
eorum peccatorum permittatur
cadere in eadem tamquam ab ob=
sessus ab hostibus et non va=
lens per se effugere invocat
diuinum auxilium dicens ne
memineris iniquitatum nostrarum
antiquarum cito anticipent
nos misericordie tue domine
Item ne proicias me a facie
tua et spiritum sanctum tuum ne
auferas a me. Et cetera huius.
Et hoc eciam oramus cum in domini=
ca oracione dicimus ne nos in
temptacionem etc. non permittas

nos oneri temptacionis opprimi
et in peccatum decidere. Quandoque homo
cogitat diuinam dignitatem
et maiestatem et innumerabi=
lia beneficia a deo suscepta
et cogitat dampna que sibi
inferunt peccata quia separant
a caritate et amicicia dei et
faciunt opera sua infructuosa
respectu vite eterne et priuat
graciis et donis spiritus sancti
et cum hoc cognoscit mali=
ciam peccatorum que sunt contra
diuinum honorem et contra
tanta beneficia et que tanta
spiritualia mala inferunt
tunc generatur in eo vehemens
contricio displicencia et tristi=
cia pro cunctis peccatis et ideo quasi
seruus stans coram domino suo
eius graciam precando per diuidit
supplicat sibi peccata et ne=
gligencias dimitti quas
commisit omittendo debita
perpetrando illicita ut eciam
que debuit negligentibus
per se includo dicens secundum multi=
tudinem miseracionum tuarum
dele iniquitatem meam
Item propter nomen tuum domine
propiciaberis peccato meo multum
est enim. Et similia hoc eciam pe=
timus cum dicimus dimitte nobis
debita nostra sicut et nos
dimittimus debitoribus
nostris. Quandoque homo meditatur
in perfectam suam et multiplicem
defectum et quo ad salutem